

Sane hoc dictum reor verum esse nonnunquam quando etiam passio
 christi exhibita non est adeo sicut passio solum in se propter christum ha-
 bita corporis afflictiva. **Q**uod dices forte que erit merces christi pati-
 entis. **P**rofecto potestas cum eo regnantis. **A**udi epistolam pau-
 li sermonem una cum apparatu. **S**i inquit commortui sumus. gloria
 christi. in ipsa morte conuiuemus. et si sustinemus gloria. in ipsa passio-
 ne et regnabimus. scilicet eius omnipotentia nobis communicata. **A**u-
 di rursum paulum de deo loquentem. solus potens rex regum et do-
 minus dominantium cui honor et gloria et imperium in sempiternum
 amen. **H**ec autem verba declarans ordinarius apparatus. **S**o-
 lus inquit ipse est potens in se qui etiam suos faciet potentes et re-
 ges sui et dominos impiorum cui deo est honor a creaturis et gloria
 in se et imperium quia omnia potest. et hic etiam suis dabit et sic in
 sempiternum amen. **N**onne ergo hijs qui christo passio communiuntur
 magna merces nimis quibus committatur eius imperium cum omnipotentia
 honorumque et gloria eius tam sublimis. quam nobis prestare dignetur ipse
 christus in secula seculorum benedictus Amen.

ExPLICIT liber de consolatione theologie per fratrem Iohannem de
 Lambaco ordinis predicatorum provincie theutonice sacre theolo-
 gie professorum summatus. Anno domini. M. ccc. lxxi. In die Martis
 brachij.

Do graf Oluc anno d. 1289 Georgij unijf datij 2. 106



M. Theob. & Lich. 191

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

- A 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1
- M B C Y M
- W G K G R

